

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1050. Iura primara Iudeorum.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ім.
В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД

4 (Бав)

ОПИС

1

ОД. ЗБ.

1050

1050

III

IV c 26

M. Tu 13 z bandu dawnego Rękopismu bibl. Zakład. nauk. Ofiolin.
wypisane tyżme w prawa i ofole rydów. patrz na stronie 3.
i w katalogu mojej bibl. Adnowy w r. 1852 wyd. na str. 3.
co mi jest nowa zła porównaj wypisane to nabyte na li-
stacy księzek Krainiskiego. M. Datow.

1. Jura primordia Iudeorum

4998

Observationes prooemiales in Jura Iudeorum.

Iudeos jam saeculo X^{mo} in Bohemia caestitisse, eosq; hinc cum Christianis contra Ethnicos, qui proferos Christianorum successus ferro flammisq; interturbabant, causam communem fecisse, ac vel propterea à Christianis locum pro prima Synagoga edificanda obtinuisse; narrant verum Bohemicarum Scriptores Pibracius et Hajecius. At, quo tempore, aut sub quo Rege vel Marchione primò in illorū incolari potiri coeperint? id hactenus nec Historici quicquam recensuit, nec ullum aliud documentum nos ^{pot}deserte certiores reddidit.

Temporibus tamen Ottocari Premisloris, Marchionis Moraviae, Austriae jam non paucos Iudeos in ea ^{partibus} caestitisse, ex eo; quod et tunc jam eorum prima jura in ea condita sint.

Varia tunc erant fata Iudeorum in orbe, dum alibi locorum summis quibusq; honoribus ornarentur, alibi tanto magis deprimerebantur. In Aragonia etenim Oratorum, Ambassiatorum Ministrorumq; regionum officia obibant, dum interea in Gallia et Germania ferè integra, mancipiorum more habebantur. In Hungaria illi cum Sarcenis tantum in Christianos dominatum exercere, ut hi illis servire, filios filiasq; suas pro lubitu dade coegerent; at in Aquitania ^{in fine regni} a Christianis ~~sempiternè~~ tam male tractabantur, ut crudelitatis genus ferè nullum sit, quod non ab ipsis expecti fuisset; invitè etenim ad Baptismum suscipiendam tractabantur, bonis suis nobilibus et imobilibus possessionibusque spoliantur, incenduntur, equorum pedibus concutuntur ac ultimo rei quicquam crudelitatis desesset, interfectorum corpora

inhumata ad campos feni et arboris discerpenda projiciebantur,
prout hoc omnia Odoicus Raynaldus in continet. Anal.
Ecclesiasticor. Cesar. Baroni, aliq. historici ad hoc seculum fufius
erant.

His et similibus malis, ut utiq. obviaretur, Pontificum
Romanorum quidam, ut Innocentius III. Honorius III.
Gregorius IX. Innocentiusq. IV. ^{his} varias pro- et contra
ediderunt Constitutiones, quibus jam Judorum in Christianos,
jam Christianorum in Judos insolentis crudelitatis mo-
dus imponeretur. Quos ejusmodi Constitutionum regu-
la ^{quidem} est in Bullario magno, in Baroni Anal. ecclesiasticis
aliq. in genus historia tam ecclesiastica quam politica operibus,
verum has, quas hic proferimus, defacto nullam vulgatas
occupavimus. Sunt autem Constitutiones Innocentii IV. que
ille anno MCCCLIII, interventu Hermannii Episcopi Herbipolen-
sis ad preces Judorum emanare fecit, ac in illis auctoritate, quod tum
ei in Judorum gravamen dispendiumq. practicoi relatum fuit, dein-
ceps omnibus Christi fidelibus indidit.

Summa harum inhibitionum est. Primo: ut nullus Christianus (Judos)
invitos vel volentes ad Baptismum venire compellat. 2^{do} Ne ullus Chris-
tianorum eorum personas sine iudicio potestatis terra vulnerare vel
occidere, aut etiam suas illis pecunias auferre presumat. 3^o Ne
quisquam eos in festivitatum suarum celebratione fustibus et lapidibus
inpetat, nec quovis alio modo turbet, civiteria eorum non dissipet,
corporeq. eorum in illis sequuta pecunie aut alius cujuscvis rei qua-
renda causa non exhuret; et deniq. quod proprium totius rei
causa caput esse videbatur: Ne aliquis eis objiciat, quod in ritibus
Sanguine Romano utantur, cum tamen, ut ait Innocentius: eis in
veteri Testamento preceptum sit, ut de humano sanguine lacemus:
quod quolibet sanguine non utantur: cum apud Judeos, et in pluri-
bus locis aliis propter hujusmodi suspicionem mult. Judoi sint

occisi. Ita Innocentius in suis constitutionibus.
 Legimus autem in Broweri Antiquit. Suld. lib. II. de Abbate XLIV.
 & apud Hostium Bast. II. pag. 91. Suld anno 1236 quing
 puros christianos in quodam molendino a iudeis necatos fuisse,
 ut sanguine eorum potirentur, et inde scilicet esse in Diocesi
 Witzburg seu Herbipolensi, ^{quib.} universalem iudeorum persecutionem,
 quae ^{profectus} p^riori Hermannus Epi- Herbipolensi se int^rposuisset, iudeos
 omnes interfectione ~~decessit~~ ^{delecti} delecti fuissent.

Idem for^m subodorati iudei in Moravia et Bohemia degentes,
 qui et hic de ejusmodi crimine perpetrato ^{jam} non semel infimulabantur,
 Otocorum accidunt, eidemq^{ue} ^{profectus} Innocenti constitutiones sigillo
 Hermanni Episcopi Herbipolensis munitas exhibuerunt, supplicantes;
 ut et ille has pro iudeis in suis ditionibus comorantibus proba-
 ret, valereq^{ue} juberet. Horum precibus quam promptas aures
 protulit Otocarus, dabit ipsum Diploma, in quo has ^{constitu-}
 tiones non modo non vitiatas, nec cancellatas, nec in aliqua sui parte
 diminutas se vidisse contestatur, sed et universis sui Regni fidelibus
 Baronibus, Suptanis, Villicis, Judicibus, aliisq^{ue} per suas ditiones
 judicariam potestatem habentibus firmiter custodiendas observan-
 dasq^{ue} precepit.

Exemplar istud ex penu diplomataria Piteri nostri desumpsimus,
 qui tamen, vane illius compos factus fuerit, nobis nequidem verbale
 testatum reliquit. Et inde evenit, quod sub principum de illis
 fide et authenticitate non parum dubitaverimus, praesertim, dum has
 Constitutiones Innocentianas nec in Bullaria magno, nec in Baronio,
 nec in Bagio nec alicubi alibi deprehendimus. ^{vidimus} Accessit, dubiumq^{ue}
 nostrum ^{multo} ^{magis} exacerbavit; quod Otocarus in hoc suo
 Diplomate de anno MCCXLV. quo illas confirmat se solum Ducem
 Austriae et Marchionem Moraviae appellat, qui tamen Bulkaiva
 aliisq^{ue} Bohemis scriptoribus unanimiter consentientibus jam anno
 praecedente, videlicet Wenceslas Rege Bohemis et Batre suo

x
 Herbipolensis
 confirmatus ab Innocentio III imperatore

anno MCCLIII. x. Kal. octobris defuncto, eodem linguam unius
hires de Austria reversus immediate successit, et eodem anno
xvi. Kalend. Novembr. in Sede regni sui honorifice collocatus est.

Non ignoravimus quidem Ottokarum hunc ante coronationem suam
quo primum anno MCCXXI. xviii. Kal. Jan. in die Nativitatis Domini
Prago celebrata fuit, nequaquam Regem, sed, ut in plurima ab ipso
emanata diplomata demonstrant, Domino Regni Bohemie appellare
sibi se consuevisse; acrim postquam haec voces: Domino Regni
Bohemie, in illo non minus, ac titulus Regis desiderantur, dubium nostrum
mansit ut ante fuit.

Re autem postea peritius inspecta, observavimus, quod quoniam haec
numero et specie Constitutiones Innocentii ad Episcopum Herbipolensem
data, in nullo praedictorum operum reperiantur, propterea non con-
tinuo de earum fide et authenticitate dubitandum esse, ex eo: quod,
ut jam innumero aliis locis experti sumus, in illis non omnino omnia,
quae unquam a Romanis Pontificibus acta vel scripta fuerint, semper
reperiantur, proutque sufficere, quod in Davonii Anal. eccl. ad annum
MCCXLVIII. alia ejusdem Papae ejusdem argumenti Constitutiones
ad Archiepiscopos et Episcopos Germaniae transmissae inveniantur, ibi
idemque satis distinctis verbis innuitur: ad Procuratores Galliarum aliarumque
terrarum longe plures, quae hic eisdem non reperiantur, exstant
fuisse.

Quod autem titulum Ottokari: Domini Regni Bohemie concernit,
constat omnino eum sibi ante coronationem suam ita tribuisse, atque
quantum ex Diplomatum et litterarum ejus plurimis hactenus ad manus nostras
decolatis concepinus, non citius quam anno MCCXXI. de quo quaequam
celebre in Moravia Cisterciensis Ordinis Monasterium Favense fidei
primum, a nobis subinde in Monasterio Moravio referendum, obtinuit.

Huc conferre videtur, quod idem Diploma jam annis MCCXLVIII. & MCCCLII.
Carolus IV. Rom. Imp. et Rex Bohemie in confirmatione Privilegiorum
Judaicorum, quemadmodum et postea Wenceslaus idem Rom. Imp. et Rex Bohem.
sub iisdem terminis, quibus nos, nempe, omisso titulo Regis aut Domini

3.

revertent, et M. Daniel Adamus Welleflavina in suo Calendario Histo.
nico, idiomate Bohemico conscripto, ad diem XXV^{ta} Septembr. de eodem
Privilegio loquens, Ottokaro aequè non alium titulum, quàm Dux Austriae
et Marchionis Moraviae attribuit dicens: Leta MCCCLIII. Papez
Innocentius Biscupstwi Sweho leta XI. dal Lidum mery Krestiany
bydlegioz Privilegium a Swobody et: Tsch Swobod Lidowstych
potwrdil Otlogar Premisl Knize Rakauske a Markrabie
Morawske. Leta MCCCLIII.

Alterum Diploma continet propinè illa sic dicta Jura Judaeorum,
ipsis ab eodem Ottokaro Premislao jam tum corona Bohemiae redimite,
condita et statuta. Cui Ottokarus, uti inter omnes Duces et Reges,
qui antehac regna Bohemiae rotarunt, gloria, virtute, opibusq; eminent,
ita et ipsis in omnibus, quae de jure et justitia sunt, facile palmam praeripuit;
Is etenim, utut in gubernandis tot tantisque provinciis, vide,
ut licet: Bohemia, Austria, Moravia, Carinthia, Styria, Egra, Marchia
et Saxonia, et ab illis, quasi continuis Bavariorum Hungarorumque
incurSIONibus removendis, reserò quae magna agenda haberet, se tamen
propterea ad quavis minima dimittere solebat, modo ex illis pax et justitia
cuilibet sua exurgeret libereturq; Ita anno MCCCLXVIII.
referente in ad eundem annum Bulhawa, pondera et mensuras re,
novari procepit, eaq; suo quodvis signo insigniri, ut inde sua cuilibet
justitia liberetur. Ita quoque veniens eodem anno Brunam, vidensq;
judaeos, hominum sortem licet abjectissimam, per Moraviam quasi sine
lege vagari et solis usus ^{incumbere} victuari, jam ab hoc jam ab illo injuriarum codi,
et pro cujusvis libitu vexari, exemplo statuit, ut et hi jure quibusdam
specialibus gauderent, juxta quae, in posterum eum christianis agerent negotia,
vrenturq; ac subinde etiam in judiciis sententionarentur.

Originale Jurium horum Diploma quidem non vidimus, nec utrum ipsis
judaeis, an civibus Brunensibus extaditum fuerit; pro certo asserere audeamus,
nostrum tamen exemplar ex jam saepe citato Libro Negotiorum Civitatis
Redise ^{Bullae n^o} descriptum, ex quo etiam edocti fuimus: Civitati Stradiburgiensi
jura judaica non minus, ac municipalia à Civitate Brunensi olim fuisse communicata;

ita enim in fol. xxiii. ibid. recognoscunt dicentes: Nos factores de
Dor. Judea et iurati cives civitatis nostre Bone presentibus recognoscimus
publice universis, nos litteras quondam serenissimi Principis
Regis Otakari originales vidisse in presenti copia fideliter de verbo
ad verbum per omnia translatas super iuribus et statutis iudeorum Mora-
vie, ut in premisorum serie evidenter est expressum, sub harum, quas
sigillo nostre Civitatis significamus robor litterarum. Datum praequam
anno Domini mccc.

Quae colerogin civitates aut oppida regnante Ottokaro iudei
sunt in Moravia potissimum inhabitaverunt, equè pro certo dici non potest,
non vanè tamen arguimus, eos tantum in praesentibus sua tabernacula
habuisse; quod quidem ad ipsas civitates Brunam et Hradyschium pri-
mum sub Carolo et Johanne Marchionibus admissos fuisse in certis habemus.
Neque tunc alicuius Baronum vel Dynastarum liberum erat, iudeos
ad civitates suas vel oppida pro libitu recipere. Specialè ad id requi-
rebatur Privilegium Principis Ferre, quale anno MCCCXXII. à
Johanne et Bolonio Rege obtinuit Conradus Episcopus Olomucensis
pro suis quatuor oppidis, Svitavia, Mohelnicio, Cremisio et Wijeh-
Kowia, videlicet: ut in eorum quolibet unum tantum iudeum, et
tunc à colerogin iudeorum aliorum exactionibus liberum habere
et tenere valeat.

In quem usum autem et finem cum iudei a quibusdam fuerint exetiti
faciunt, audiendus est Clauf. Michel Ignatius Schmid in suo preclaro opere
Geschichte der deutschen intitulato. Pars. III. lib. 6. cap. 12. ubi ait:

= Andromon Driht. ghringom die ghriflichum im dirje ghrind siec mit
= dem ghriften figher ghringom alle Wdrom anzuzulifum, vhr nimm
= mhrifind ghrifum mhrifingom und mhrifingom ghringom. die woff-
= comndigz folgen daten war, dass die jüden, die siec an dem forcilim-
= ghrifce ghrind, um se sicherer wuifum, und siec nimmz massom
= notwundig mhrifum kontom. Man lasse sie an nimm Ort, massom
= Driht sie, und nimm ipsum das isingz winder, wimm sie siec Vollyglaug-
= satom, und an dem androm lasse mimm siec Privilegium geben,
= jüden saltom ghringom.

4

Anno demum MCCCXLV. Iudaei ad civitatem Brunensem cogiti fuerunt,
concedente ad id Civitati speciale privilegium Carolo Marchione Moraviae.
Idem factus anno MCCCXLVIII. iam qua Rex Rom. et Bohemae ordi-
navit, quod nullus Iudaeorum moram habens in civitate Brunensi post
occafum solis imo etiam de die pignus quoddam, de quo sufficere poterit,
quod fuerit furto ablatum, a quibuscumque notis vel ignotis recipere debeat;
Et si alterius privilegii de eodem Anno remissit civitati censum 1000 sexag.
grossorum, ut prole quem impotenter soli Iudaei solvendum haberent.
His non nihil proxi Iudaei sensim ~~et Moravia~~ ^{peccatis ex} ~~etiam~~ ^{consequi}
emigrare coeperunt; cui rei, ut factus Rex Rom. et Bohemae Fraterque
ejus Johannes Marchio Moraviae obicem ponerent, speciale instrumentum
cum Rudolpho Duce Austriae ^{in hoc pacto, quo cautem fuit} ne eos impotenter recipiat, quod ille etiam
speciali instrumento ab eisdem sigillatus est. Tum demum Sigismundus
Imp. et Rex Bohemiae anno MCCCXXI. Iudaeos non tantum Brunae,
sed et in aliis Moraviae Civitatibus et oppidis manere posse concessit indulgit.
Hoc non obstante: tamen Brunae, Olomucii et Neostadii haud diu persistere;
nam anno 1454, quo Rex Ladislaus thronum Bohemiae conscendit, ex
profectis Civitatibus / et forte ex omnibus, quae nunc regio dicuntur /
Iudaei omnes ad unum ob enormes civium per eos depauperatorum querelas,
expulsi fuerunt, ea tamen lege et conditione, ut domus eorum usque ad
festum S. Martini unacum Synagogis Magistratui cederentur, et christiani
ex illis deinceps Regi eisdem censum persolverant, quos eisdem
ante haec Iudaei solvere ^{consequerentur} solentur. Utraque Civitas super hoc sumum
Rovinnam in diem conservat privilegium. Olomucensis quidem sub hac
inscriptione. N. 28. Ladislaus König in Brunnam und Neostad
Mangymanns in Neostad Privilegium unyem ^{erst} / ^{schaffung} des judent
an Olmütz und Neustadt ^{von} / ^{dem} / ^{Imperatore} / ^{von} / ¹⁴⁵⁴. Brunensis vero
sub ista. Lit. Cc. Anno 1454. Ladislaus Rex liberat civitatem
Brunensem ab omnibus Iudaeis cum mandato, ut a die dato usque ad
festum S. Martini ex civitate emigrant, et habitio domorum et Synagoga
fiet Magistratui, censum tamen dent eundem christiani Magistrati
quem ante haec Iudaei dederunt.

Nunc in civitate Brunensi nihil amplius superest, quod memoriam Judaeorum
reliquam faceret, excepta unica platea et porta, qua Clomacium versus
pergitur et iter, quae hodiecum Judaeorum nomine, sed fuit Yon insigni-
tur, et unicus lapide sepulchrali ad portam Solantum, vulgo brim altum
Solantis Yon, quod ultra medietatem dumo infra cum ^{Lutheri} perfora idea, cum
hac inscriptione:

וימת חזק

דופרוטימר

Leu Hararar Najamoth bar Duxtrota, quod; Motus est proclarius
Duxtrota filius. Hujus linguae genti interpretandum esse putant.
fors plura sunt sub terra abscondita, prozque, annis obitus, quem
Hebraeis lapidibus sepulchralibus insculpere valde solenne erat,
ubi videtur esse apud Lanium in Prosaione ad librum suum de gentium
migrationibus. Ad interpretari antiquitates hujusmodi, multis
nominibus difficile est in lingua potissimum Hebraica. Primum quod, ut
ait Joan. Glogest publicus quondam hujus linguae in Gymnasio Vindobo.
Professor apud eundem Lanium in profat. pag. 21. vario sunt in hac
abbreviationes, quas una fere dictionis littera solent mutare: ideoque
apicula superne adita est, perquam veluti per vestigium quoddam eorum
origo simul et ratio dictionis investigatur. Secundo: quod vulgus Judaeorum
his varie solet uti, nec certam aliquam in his rationem sequi, cujus
rei certissimum indicium est, quod vulgata abbreviationum ratio, multibi
apud Auctores, qui hac de re scripserunt, invenitur. Tertio: quod vario
in hac lingua litterarum sunt affinitates, quas non facile est cuivis
internoscere. Verisimile autem est, ut, hi quibus talia monumenta exul-
pendi datum est negotium, litterarum fuerint rudes: et propterea proclive
illis fuit, unam litteram pro alia sibi cognata ponere, aut etiam
transponere. Cujus sententiae cum libentius subscribimus, quo magis
diximus idem jam in Latinis lapidum inscriptionibus expositi sumus.

In Civitate Redisch, quo nunc vocatur Aradisthium, Judei local. III.
 forum antiquum inhabitant, prout id ex quodam Regestro arearum
 hujus Civitatis, ex quibus olim Monasterio Wellehradensi census annuus
 quotannis solvendus erat, liquet, ubi ultimo = Notandum, quod sub anno
 Domini MCCC LXX. circa festum beati Sixti, Judei se in jam dicta platea
quo fuit forum antiquum / ex mandato et consensu Principis
et Domini nostri Johannis Marchionis Moravie locaverunt.

Hic, etiam, tunc Judei omni comoditate omniq; jure et libertate gauderent,
 Cimiterio tamen proprio hactenus destituerunt; quapropter, si quem
 eorum ibidem mori contingebat, hunc non sine incommodo difficultate im-
 pensiq; per se maxime alio deponendum transportare debebant. Quod,
 postquam anno MCCCCXXIX. Magistro Livium, Judici, jurisq; laico,
 humiliter ob oculos posuissent, eiq; pro remedio hac in difficultate ponendo
 supplices accessissent, assignatus eisdem erat erga censum medio mane
 omni anno persolvendum, quidam locus ante portam antiquam Civitatis
 intra murum et aquam situatus, quem sibi muroingere, ac pro cimiterio
 adaptare valerent. Instrumentum desuper erectum, manus contra in membra,
 una descriptum invenimus in saepe citato Libro Regior. Biblioth. nosre,
 cujus tenorem ad calcem horum jurium adjiciemus. Alterum quondam in
 hac Civitate Judei perseveraverint, nulla nobis superest indicia, ex quibus
 quid certi scire possimus. Nunc in nulla Regiarum Civitatum, integra
 communitas Judeorum subsistentiam habet, incolunt tamen alias minime celebres
 et oppida fere innumera, ita, ut domus eorum domibus Christianorum non
 interscantur, qualia sunt: Nicolspurgum, Bohovelicium, Kauvicium,
Krumlovium, Evanzicium, Indisporicium, Aufsticium, Kaupitium, Tobascho,
vrum, Tamboricium, Cemfirum, Dosthoricium, Jevizium, Koselicium,
Benecium, Droffana, Meroflavium, Tschizium, Meserianum, Lomnicium,
Unterburgum, Annobrova, Kasvicium, Weselum, Opava, Hollschovium,
Lipnicium, Stranicium, Teltschium, Tischium, Birnicium, Althartium, Schessa,
Bulitium, Podwinum, Breislingum, Battelaria, Gisgrubium, Josithum,
Marquatum, Welkingum, Bucklitium, Gaja, Konischavium, Brecovinum,
Hoffallava, Aufforium, Eranovitium & Geminicium. Hec de Judeis in
 patria nostra degentibus pronotare sufficiant, ut ad ipsa loca eorum
 digrediamur.

A = sequentia descripta sunt:

2. Confirmatio

Constitutionum Innocenti P.P. 4. ab Ottokaro Duce Austriae et
Marchione Moraviae pro Iudeis in Moravia et Bohemia degentibus
in vim legis receptarum.

Ottokarus qui et Henricus Dei gratia Dux Austriae et Marchio
Moraviae universis hanc paginam inspecturis in perpetuum recog-
noscamus et presentibus publice protestamur, quod literas Summi
Pontificis sub sigillo Reverendi Patris et Domini Hermani, vene-
rabilis Crabipolensis Episcopi Iudeis concessas, non viciatas, non
cancellatas, ut aseruit, nec in aliqua sui parte diminutas de verbo
ad verbum vidimus et audivimus in hunc modum continentes:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei: dilectis in Christo
= filiis fidelibus Christianis salutem et Apostolicam benedictionem.
= sicut Iudeis non debet esse licentia in Synagogis suis ultra quam
= permissum est, lege presumere, ita in his, que concessa sunt, nullum
= debent prejudicium sustinere. Nos ergo, licet illi in sua magis
= velint duricia permanere, quam Prophetarum verba, et sanctorum scriptu-
= rarum archana cognoscere, atque ad Christiane fidei et salutis notitiam
= pervenire. Inca tamen defensionem nostram et auxilium postulant
= et Christiane pietatis mansuetudine predecessorum nostrorum felicis memo-
= riae Calixti, Eugenii, Alexandri, Clementis, Celestini, Sancti
= et Gregorii Romanorum Pontificum vestigiis inherentes ipsorum pe-
= nitentiam admittimus, eorumque protectionis nostre clypeum indulgemus.
= Statuimus etiam, ut nullus Christianus invitatus vel nolentes ad Baptismum
= venire compellat. Sed si eorum quilibet fronte ad Christianos fidei
= causa confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus
= atque aliqua efficiatur calumpnia. veram quippe Christianitatis fidem
= habere non creditur, qui ad Christianorum Baptisma non spontaneus
= sed invitatus cognoscitur pervenire.

- Nullus etiam Christianus eorum personas sine iudicio potestatis
 = terre vulnerare ac occidere vel suas illis pecunias auferre presumat,
 = aut bonas, quas hactenus in ea, in qua habitant regione habuerant
 = consuetudines, mutare.

= Preterea in festivitatum suarum celebratione fustibus vel lapidibus
 = eos nullatenus quisquam perturbet, nec ab eis aliquid coacta servitia
 = exigat, nisi ea, que ipsi preteritis temporibus facere consueverunt.

= Ad hec malorum hominum prauitati obuiantes decreuimus, ut
 = nemo Cimiterium Iudeorum inutilitate vel minuere audeat, sub
 = obtenta pecunie querende corpora humata effodere;

= Nec etiam aliquis eis objiciat, quod in ritu suo humano utantur
 = sanguine; cum tamen in veteri Testamento preceptum sit eis (ut de
 = humano sanguine taceamus) quod quotibet sanguine non utantur.

= Cum apud Suldam, et in pluribus locis aliis propter huiusmodi
 = suffragionem multi Iudei sint occisi. Quod auctoritate presentium,
 = ne deinceps fiat, districtius inhibemus. Si quis autem Decreti huius
 = tenore cognito temere, quod absit, contraire temptauerit, honoris et
 = officii sui periculum patiatur, et excommunicationis ultione plectatur,
 = nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Nos
 = autem Duratae huius protectionis presidio volumus committi, qui
 = nihil machinari presumpserint in subuersionem fidei Christiane. Datum
 = Assisi VII Kal. Octobris Pontificatus nostri anno XI.

= Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio Decano
 = Eboracensi salutem et apostolicam benedictionem. Obviam non credimus
 = ecclesiastice honestati, si Mater apostolica pia mater Iudeos, quos inter
 = filios sui uteri sub propriis vitibus eorundem salutem expulans miser,
 = recediter patiatur conuersari, sui ex parte favoris et presidii non relin-
 = quat. Sane sicut Iudeorum Aritatis et diocesis Herbizolensis
 = Episcopus confiderant, quod nonnulli Christianorum ejusdem civitatis et
 = diocesis dictos Iudeos indebitis molestiis et exactionibus contra indulta
 = privilegia dicte Sedis inhumaniter affligebant, ac pia super his gestant

= viscera erga eos, volensq; ipsorum quieti consulere in hac parte ac dictorum
= Christianorum providere Saluti in Civitate et diocesi predictis per subditorum
= suorum loca ducis generaliter statuendum ac etiam inhibendum, ne aliquis
= Subditorum suorum Clericus vel Laicus, in quo ipse spirituales vel tem-
= porales jurisdictionem obtinet, Judeos ipsos in parte aliqua in personis
= rebus vel familiis eorundem aliquatenus audeat ledere, invadere vel etiam
= in aliquo molestare, prout in litteris confectis exinde ac ipsius Episcopi sigillo
= nunciis plenius dicitur. Nos igitur predictorum Judeorum precibus indi-
= catis, quod ab eorum Episcopo suprafato providere factum est, rationem habentes
= Discretionem tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus eorundem
= Judeos contra predictorum statuti et inhibitionis tenorem non permittas
= super his ab aliquibus indebitè molestari molestatores hujusmodi per
= censuram ecclesiasticam appellatione quavis postposita compescendo, non
= obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum, quod absq; nostro
= speciali mandato excommunicari, aut interdicti aequentur aut suspendi.
= Datum Assisi VII. Kal. Octobris Pontificatus nostri anno XI. Igitur
= cum h. Patrum concessionem et statuta nobis, qui titulos dignitatis nostre
= sub principio hujus pagine ducimus exprimendos, documenta certa
= sint merito et exempla: Universis fidelibus regni nostri per Bohemiam
= et Moraviam Baronibus, Suppans, villicis, iudicibus, et aliis habentibus
= à nobis iudicariam potestatem, damus gracie nostre sub obtentu rerum
= quoque et personarum conservacione firmiter in preceptis, ut ipsi una
= nobiscum firmiter custodiant, et observent universa, et singula, que in
= hac pagina sunt expressa de Judeis in predicto regno nostro constitutis,
= et limitibus eorum, Sinagogis, rebus quoque et personis perpetue
= indebitè non ledendis. Ut autem, que in hac pagina continentur,
= perpetua sint et firma, ipsa sigillorum nostrorum munimine roborari
= mandavimus cum testibus subnotatis, qui sunt Bawarus summus
= Camerarius regni nostri, Witko de nova domo. Milo de Lutherburg,
= Janoslavus Burggravius pragensis, Deslaus Vapifer Moravie, Tha-
= odolus Ophanus, Marquardus subcamerarius, Andreas subdapifer
= & alii quamplures. Actum in Laterana anno gracie MCLIV. X. Kal.
= Novembis.

3. Jura Iudaeorum

Ab eodem Ottokaro Přemyslone, jam qua Rege... Bohemiae
Duce Austriae et Styriae Marchionem, Moravia condita
et statuta.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Nos Ottokarus
Dei gratia Rex Bohemiae Dux Austriae et Stiriae et Marchio
Moraviae omnibus in perpetuum. Quoriam uniuscujusque
conditionis homines in nostro dominio commorantes voluerunt
gracie et benevolentie participationem inveniri, universis Iudeis in
regno nostro et dominio constitutis haec jura statuimus in vio-
labiliter observari.

Primum quidem statuimus, ut pro pecunia mobili aut pro re immobili
aut in causa criminali, que tangit personam, aut res Iudei nullus
Christianus contra Iudeum nisi cum Christiano et Iudeo in testimonium
admittatur.

Item si Christianus in Iudeum impetitur asserens, quod ei pignora
sua obligaverit, et Iudeus hoc diffitetur, si Christianus Iudei simplici
verbo fidem noluerit adhibere, Iudeus jurando super equivalente sibi
obligato pignore suam intentionem probabit, et transeat absolutus.

Item si Christianus obligaverit pignus Iudeo affirmans, quod Iudeo
pro minori pecunia obligaverit, quam Iudeus confiteatur, jurabit Iudeus
super pignore sibi obligato, et quitamque jurando probaverit, Christianus
illis ei solvere non recuset.

Item si Iudeus Christiano testibus non assumptis dicat se pignus
mutuasse, et ille negaverit, super hoc Christianus solus sui juramento
se expuret, et Iudeus pignoris nomine omnia, que sibi fuerint
obligata, quorum nomine vocentur, nulla de hys iniquificatione
facta, exceptis vestibus sanguinolentis et maderatis, et sacris
vestibus, quas nullatenus acceptabit.

Item si christianus impetiverit judicium, quod pignus, quod judeus habet, ei per furtum aut per violenciam sit ablatum, judeus juret super illo pignore, quod cum ~~recepit~~ recepit furtum, ablatum vel raptum ignoraverit, et in suo juramento implicet, quanto sibi ei pignus hujusmodi obligatum, et sic expurgatione facta christianus soltem et usuras ei persolvat, que tempore intermedio accreverunt.

Item si per casum incendiarii aut per furtum aut per vim res suas cum obligatis sibi pignoribus amiserit, et hoc constiterit, et christianus, qui obligavit, nihilominus eum impetit, judeus juramento proprio se absolvet.

Item si judei inter se discordiam moverint aut guerram de facto, judeus civitatis nostre nullam sibi jurisdictionem vendicet in eisdem, sed Rex aut Dux aut summus terre vel regni Camerarius judicium exercebit; si autem reatus vergit in personam, soli Regi sive Duci hic casus reservabitur judicandus.

Item si christianus judeo vulnus quocumque inflexerit, reus Regi sive Duci solvet XII marcas auri sine camera deferendas, et vulnere judeo XII marcas argenti, et expensas, quas pro suomet emuncione impendit medicine.

Item si christianus judeum occiderit, digno judicio puniatur, et omnia ei mobilia et imobilia in Regis sive Ducis transant possessionem.

Item si aliquis christianus judeum occiderit, ita tamen, quod sanguinem non effundat, solvat Regi vel Duci III marcas auri, percusso seu lesio III marcas argenti; si vero pecuniam solvere non poterit, per detractionem manus satisfaciat pro comisso.

Item ubicumque judeus dominium nostrum transierit, nullus ei aliquod impedimentum prestabit, aut molestiam inferet, nec gravamen, sed si aliquis merces aut alias res duxerit, de quibus Muta debeat provenire, per omnia mutarum loca non nisi debitam solvet mutam, quam solvet omnis civis civitatis illius, in qua judeus eo tempore comoratur.

Item si judei insula suam consuetudinem aliquem ex mortuis suis aut de civitate ad civitatem, aut de provincia ad provinciam, aut de una terra ad aliam deduxerint, nihil ab eis per mutarios nostros volumus exorquiri, si autem mutarius aliquid extorsit, ut predo, qui vulgiter Hauber dicitur, puniatur.

Item, si Christianus Amiterium eorum quorum lenitate diffuere
rit, aut invaserit, in forma iudicii moriatur, et omnia sua perveniant
ad Regis cameram, sive Ducis, quorum nomine mancipentur.

Item si aliquis temerarie jactaverit super Scholas Judeorum, iudici
Judeorum duo talenta volumus ut persolvat.

Item si Judeus iudici suo in pena pecuniaria que Wandel
dicitur, reus inventus fuerit, non nisi XII denarios solvat ei.

Item si Judeus per edictum sui iudicis vocatus ad iudicium
primo et secundo non venerit, pro utraq vice iudici quatuor denarios
solvet. Si ad tertium edictum non venerit solvat xxxvi denarios,
iudici memorato.

Item si Judeus Judeum vulneraverit, suo iudici in penam duo
talenta solvere non recuset.

Item statuimus, ut nullus Judeus juret super Rodale preter
quam ad nostram presentiam evocatus.

Item si Judeus clam fuerit interceptus, ut per testimonium constare
non possit amicis suis, qui eum interemerit; si post inquisitionem factam
aliquem suspectum habere cepint, nos Judeis contra suspectum pinguem
volumus exhibere.

Item si Christiani alicui Judeo manum injecerint violentam,
manum illorum volumus detracari.

Item Judea Judeorum nullam causam otam inter Judeos in iudicium
deducat, nisi per querimoniam fuerit invitatus.

Item si a Judeo Christianus pignus sumum absolventi ita, quod
suras non persolverit, eisdem usuris, si infra mensem non dederit,
illis usuris accrescent usure.

Item nullum in domo Judei volumus hospitari.

Item si Judeus super possessiones aut literas magnatum terre pe-
cuniam mutaverit, et hoc per suas litteras et sigillum probaverit,
nos Judeo more aliorum pignorum possessiones assignabimus obligatas,
et ei eas contra violentiam defendemus.

Item si aliquis vel aliqua puerum Judei abduxerit, ultor volumus
condemnetur.

Item si Judeus recepit a Christiano pignus, et per spacium unius
anni tenuerit, si pignoris valor mutuatam pecuniam non excesserit,
Judeus iudici pignus demonstrabit, et postea vendendi habeat libertatem,
quod postquam pignus apud Judeum diem et annum remanserit, nulli
super eo postea respondebit.

Item volumus, ut nullus Judeum super solutione pignorum in sua festivi die audeat coartare.

Item quicumque xhanonum Judeo per vim abstulerit pignus suum aut violentiam in domo sua exeruerit, ut dissipator Camere nostre graviter puniatur.

Item contra Judeum non nisi in scolis in iudicio procedatur, nobis exceptis, qui eos possimus ad nostram prefenciam evocare.

Item iuxta Constitutiones Bape Innocentii J. Patris nostri distinctis prohibemus, ne de cetero Judei singuli in nostro dominio constituti debeant culpari, quod humano utantur sanguine, cum iuxta preceptum legis sue ab omni profuso sanguine se contineant universi.

Item statuimus, ut quicquid Judeus mutaverit, sive aurum fuit, denarii vel argentum, idem xpi sibi seu reddi debeat cum usura debita, que accrescit.

Et ut hec omnia que premissa sunt, perpetue obtineant firmitatis robur, presens instrumentum cum festum anastacione xpi dedimus cum sigilli nostri caractere pro cautela. Testes vero sunt ~~homo~~ Hartle, unus Camerarius Moravie, Stephanus Sincerna, Bernardus Papifer, Similo de Brumow, Thymo Camerarius Comucensis et Bohemie Marschallus, et alii quamplures fideles nostri. Actum apud Brunam anno Domini M.CCLXVIII. et datum ibidem per manus chancie Petri Venerabilis Wyszengradensis Brejoschi, Cancellarii Regni nostri, decim. Kalend. Sept. Indiction XI. Coronacionis nostre anno octavo.

Nota. Dawet Szerelbic w Katedrze MS. Bibl. Opol. in se pod Liczbą LIII. pag. 72 Capite XV Par. I De Judais - wy-czerpał o Żydach wszystkie przywilegi Bolesława Xpiewa, wydanego w Kaliszu R. 1264. Ludek u stat. Ka-simierza W. w Krakowie R. 1334. Daje się radeu rok-ten najpewniejszy. następnie podaje uchwały i potwier-żenia Krolów. Podziat radeu w do Kypolo godzien dla urupetwienia zbioru niniejszego być cały odpisany. —

4. Secuntur Jura que solus Deus dedit populo Israelico per Moysen.

Locutus est Dominus ad Moysen. Dicens hec sunt Judicia que propones populo meo dicens Si emeris servum ebreum, sex annis serviet et in septimo egredietur liber gratis cum quali veste intraverit eum tali exeat. Si habens uxorem & uxor egredietur simul Si autem Dominus dederit illi uxorem et filios & filias tunc ipse & liberi eius erunt Domini sui. ipse vero exibat cum vestitu suo. Et si dixerit servus diligo Dominum meum & uxorem & liberos non egredietur liber offerat eum Dominus dicit & applicabitur ad hostium ad postes perforabit per aurem eius subulam et erit ei servus in seculum usque. Si quis vendiderit filiam suam in favorem dicitur eum am-
